



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 55. P. Dominicus Ottomannus Parisiis perbenigne exceptus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII A. C. 1665. sententiam quædam pœnæ agnoscende sint aliunde provenientes, quam et carentia visionis beatificæ; quo etiam modo plures Theologi pœnas sensum sumunt: Certo credere se, fidelium animas in purgatorio detentas Ecclesie precibus, ac sacrificiis juvari, ut citius liberentur, easque statim a purgatione sua, etiam ante diem Domini Dei visione fruituras.

Percepta igitur hac explicatione Facultas hanc Thesin juxta declarationem ab hoc Magistro factam ab omni censura immunem esse, die decima Septembris pronuntiavit.

§. LV.

P. Dominicus Ottomannus Parisi perbenigne exceptus.

Vid. supra l. 201. §. 53. l. 61. p. 153. Nan. Hist. Venet. l. 1. tom. 2. Jam anno hujus sæculi quadragesimo quarto, uti recensuimus, Melitenses Equites Turcicam classem, quæ Zambul Aga cum tota sua familia Mecham peregrinaturus vehebatur, adorti inter alios nobiles Turcas etiam quamdam fœminam unacum quadrienni puero captam abstraxere: Hic primogenitus Ibrahimi Turcarum Imperatoris Filius, & Mahometis Frater, fœmina vero ipsa Sultana ejus Mater credebatur, quod tamen Nannius ad fabulas rejicit.

rejecit, eoquod nec unquam Turcarum Sæc. XVII.
 Imperator de hac rapina questus esset, A. C. 1665.
 nec aliunde Sultana, vel earum filii
 sine valido satellitio, atque exercitu
 maritimum iter aggredi permittantur:
 Utut autem res se habuerit, id om-
 nino certum est, quod hic puer infide
 Catholica a Melitensibus enutritus,
 adolescens sacrum Fratrum Prædica-
 torum institutum professus sit, vulgo
 Dominicus Ottomannus dictus: Hic
 ergo a Rege & Regina Parisiis hoc an-
 no honorifice exceptus, aliquamdiu
 ibidem substitit, ab omnibus ob vir-
 tutum merita maximo in honore
 habitus.

§. LVI.

*Edicta adversus Hugonottas in
Galliis.*

Postquam Hugonottæ in Francia no-
 vissimo bello repressi sunt, aliquam-
 diu quieti atque obsequiosi in Regno
 substiterant, non quod illis sectæ suæ
 congenita alienum imperium excutiendi
 voluntas defuerit, sed quia eorum po-
 testatem adversa belli fortuna exarma-
 verat: ubi vero Ludovico XIV. adhuc
 minorenni bellum civile in Galliis exor-
 tum compererant, in turbido piscandum
 rati, urbes & arces novis propugna-
 ous

*Calmet Hist.
 Univ. l. 154.
 tom. 17.*